

Fuit Beata Virgo nobilior creatura omnibus creaturis, quæ in humana naturâ fuerint, aut possint, aut poterint generari. Nam Mathæus ponens tres quaterdenas generationes ab Abraham usque ad Christum inclusive, describit eam fuisse natam de quatuordecim Patriarchis, de quatuordecim Regibus, de quatuordecim Ducibus, secundum quod quidam periti memorant, et distinguunt prædictum Matthæi textum. Lucas quoque describens Nobilitatem ejus, exordiens ab Adam, et Eva demum usque ad Christum Genealogiam suam prolixat. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Patet etiã quod Dominus JESUS Christus, qui sine Matre fuit in cœlis, et absque Patre in terris, totam à Virgine humanitatem recepit, atque dignitatem, quæ ad humanitatem sequuntur, scilicet, cognitionis, ut diceretur filius David, et consanguinitatis, ut diceretur fratres habere à nobili parentela, totum hoc à Beatâ Matre suscepit. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Quod ultimus DUX, ultimus Rex, ultimus Patriarchâ totius Populi Israel, non aliunde habuit, quàm à Beatâ Virgine, ut ex hoc manifestè clarescat, quod omnis nobilitas corporalis concessa humano generi in Adam, à Domino principalitè datum est, ut per nullas generationes descenderet in Virginem Beatam, et per Virginem Matrem terminaretur in Christum Dei Filium benedictum. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7.

Libèr generationis JESU-Christi, filii David, filii Abraham. Et reliqua.

Homilia S. Petri Damiani Ep.

In Nativitate B. V. M.

Consuetudo quippè veterum fuerat, in Genealogiâ virorum vix aliquando nomina ponerent feminarum. Si enim mulierum genus voluissent describere, per mulieres illud curabant aliquando propagare. Attestatur nostræ assertioni Lucas evangelista, qui Zachariam Patrem Joannis per virile genus ostendere, Elizabeth verò per sexum curavit muliebrem designare. Fuit, inquit, in diebus Herodis Regis Judææ Sacerdos quidam, nomine Zacharias de vice Abia, et uxor illius de filiabus Aaron, ut mirum congruè vir à viris, femina propagari à feminis. Tu. ꝑ.

Bened. Cujus Nobilitatem.

LECTIO 8.

Matthæus igitur, qui viri proposuerat genus describere, illius scilicet, de quo per Prophetam dicitur: ecce vir oriens nomen ejus: eruditè per JOSEPH descendere voluit. MARIE verò parentes ponere superfluum judicavit. Qui ergo parentum MARIE notitiam habere desiderat, de semine eam Abraham, de tribu Juda, de regiâ stirpe David descendisse cognoscat. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Noverit quoque eam cum Sacerdotali genere cognitionis habuisse propinquitatem. Undè ei per Angelum dicitur: et ecce Elizabeth cognata tua, et ipsa concepit Filium in senectute sua. Et jure Redemptor noster de sacerdotali simul et regiâ generatione carnem suscipere voluit, qui Rex ante secula existens, nupolè verus Sacerdos semetipsum Patri pro nobis suavitatis hostiam immolavit. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES

et per Horas antiphona.

1. Quid nobilior * Dei Matre, quid splendidius eâ, quam splendor elegit, allel.

2. Ex semine Abraham * descendit, orta de tribu Juda, clarâ ex stirpe David, allel.

3. Regali ex progenie * MARIA exorta refulget, allel.

4. Hæc est nobilior * omnibus mulieribus super terram, allel.

5. Nobilitas tua, * Virgo MARIA, cunctas illustrat Ecclesias, et omnes lætificat animas sanctas, alleluia.

Capit. Hymn. et ꝑ. de Comm.

Ad Benedict. ant. Procul, et de ultimis finibus Nobilitas Beatæ Virginis, que de Patriarchali, et Ducali, et Regali progenie gloriosa descendit, allel. allel.

CANON.

Ex Concilio Francofordiensi.

Ann. 794. In Ep. Synod. Conc. ad præsul. Hispan.—Concilior.

Tom. 20. p. 114.

507. Nonne secundum sæculi Nobilitatem Beata MARIA Virgo ex regali et liberâ prosapia processit? Hinc verò Virgini regiâ dignitatis Spiritus Sanctus accessit, et Filium ex eâ procreari fecit. Mirum si Spiritus Sanctus hominem ex eâ non potuit facere perfectum, et ingenuum. Tu.

In 2. Vesper. antiph. ut in primis.

DIE XIX. MAJI.

B. M. V. DE RUPE GALLIÆ.

Duplex.

Lect. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Balmgh. Kalend. mar. 19. Maji. Imaginis beatæ Virginis de Rupe Gallia in Hispaniâ, Inventionis Historia hæc habet ex vetustissimis

manuscriptis. Cum Parisiis Simon Robanus (vulgò dictus Simon Vela) versaretur, semel atque iterum admonitus est per quietem, ut in Gallicâ rupe versus Occidentem Deiparæ Imaginem studiosè perquireret. Quâ rupe in Gallis toto frustrâ quasiâ quinquenio, in Hispaniam ad Divum Jacobum profectus, et Salamanticæ aliquandò commemoratus Divam Virginem impensius orabat, ut sibi rupem Gallia, ubi tandem esset, certo aliquo indicio demonstraret. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Haud ita nullò post Carbonarii indicio, atque aliorum responsa sequutus, cum ad eam Rupem, silvamque lætus pervenisset, post preces ibi fusas, per somnum ei oblata est Deiparæ species Filium gestantis in unis, multo lumine circumfusa: quæ jussit suam ex eo loco effosam Imaginem in summo montis apice collocari, ac ibidem templum erigi. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Itaque anno millesimo quadringentesimo trigésimo quarto, die decimâ nonâ Maji Imaginem effodit, effosam in tugurium quoddam ex lignis rapim excitatis insert. Tantiquè ibi miracula statim fieri cœperunt, ut his quotidie increbescensibus ei templum erectum sit, quod à Joanne secundo Castellæ Regis sacro Ordini Divi Dominici traditum est. Situs est autem hic mons, seu rupes editissima in Salamanticensis Diocesis confinio. Hispani suo idiomate vocant: la pagna de Francia. Tu. ꝑ.

Homilia de Comm. pro Duplicib.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Angelis.

Camòs lbr. 3. c. 2.

Sub titulo de Angelis propè oppi-

dum Sancti Martini in Diocesi Gerundensi Sanctissima Virgo colitur in perantiquâ Imagine quæ luminibus caelestibus, ut fertur, ostensa, inventa fuit in diruto Sa-cello ibidem olim structo à quodam, si traditio non fallitur, Estephano Presbytero Jerosolymitano. Sacra Leon, pius tribus palmis alta, lignea est; puerum sinistro brachio sustinet: non in medio altaris principis sed in cornu Evangelii collocata videtur. Alia quoquæ ibi, at in alio altari, Deiparæ Imago in telâ depicta, quæ simul cum lignea, quam involutam cooperatamque servabat, fuit inventa, plurimis portentis nitet. Nomen ab Angelis, inter quos media alia et alia extat, ex tunc jam obtinuit. Cultus ipsi tributus quam ingens sit, tum ex perigrinationibus et solemnibus supplicationibus, quibus hoc Sacellum frequentatur, tum ex elemosinis pretiosissimisque donariis quibus dilatum fuit, facillimè ostenditur. Tu. Te Matrem.

Cum secundis Vesperis.

DIE XXI. MAJI.

DEDIC. B. M. DE MONTE VIRGINIS.

Simplex.

Officium fit de Comm. Dicationis.

LECTIO 1.

Scripturæ ferie occur.

LECTIO 2.

Spelli p. 647.

Supra oppidum Mercuriale in Neapollitano regno visitur templum vetustate, ac religione nobilissimum Montis Virginis, quod in edito deserti, atque incelli montis jugo, Cybeles, quæ illie olim colebatur, supersitione deletâ, Sanctus Guilielmus veræ Dei Matri extraxit, et Episcopus Avellinus so-

lemni ritu anno millesimo centesimo vigesimo sexto, mense Majo, die sacro Pentecostes consecravit. Ex quo factum est, ut singulis annis eo ipso die maximo fidelium concursu hoc Deiparæ templum celebretur. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

Imago verò Beatæ Virginis, quæ templo nomen dedit, augustâ specie, atque humanâ majore formam refert sedentis in throno puerum JESUM in gremio confoventis; septem angeli sub throno Christo, ejusque Genitrici astant. Eo in locis quadragesimalibus tantum uti licet, ita ut si quis alia diversa illud deferat, etsi casu vel oblivione, repente caelum ipsum excaescent, et ingentes pluviae ac procellæ excitantur: quod sæpè comprobatum est. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Cælestino Papâ Tertio.

Bull. in approb. Congregat. Mont.

Virgin. §. 1. an. 1197.

In Bullar. Rom. Pontif. Tom. III. part. 1. pag. 61.

508. Monasterium Sanctæ Dei Genitricis et Virginis MARLE de Monte Virgine... ad exemplar Prædecessorum nostrorum felices recordationis Alexandri Tertii, et Julii Tertii Romanorum Pontificum sub Beati Petri et nostrâ protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus. Tu.

Vesperæ de sequenti.

DIE XXII. MAJI.

SANCTITATIS B. M. V.

Duplex.

Oratio.

Omnipotens sempiterna Deus, dirige actus nostros in beneplacitio tuo, ut qui Sanctitatem Beatæ Virginis MARLE colimus, bonis ope-

ribus semper abundare mereamus. Per Dominum.

Lectio 1. Noct. de Ferid.

IN II. NOCT.

Sermo. S. Fulberti Ep. Carnutensis.

Sermo de B. Virgine.

LECTIO 4.

Si quis interroget, dicens: vir ergo putas, qualis olim in animâ fuerit, vel nunc sit hæc persona, quæ sic omnibus sanctis spectanda, atque imitanda proponitur? Vereciter respondemus, quia longè perfectior, quàm nostrâ oratione demonstrari possit. Tamen ne ibi nihil dicere arguamur, ubi major affluit copia dicendorum, reservantes multa, atque magna facundis, saltèm paucâ dicamus super hoc, et quæ faciliè probentur audita. Hoc igitur in primis astruere fas est, quòd anima ipsius et caro, quam elegit, habitaculum sibi fecit Sapientia Dei Patris ab omni malitiâ et immunditiâ purissima fuerunt, affirmante Scripturâ, quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdolo peccatis. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Item è contrâ confidentèr asserimus, quia nullo virtutum genere vacabat, cui pleitudinem gratiæ nuntius assererat inesse. Quod attestante Archangelo, quamvis nemo sanâ mente diserebat, tamèn si quis adhuc pio desiderio quærat argumenta virtutum ex verbis et factis ejus, quæ Scriptura commemorat, tantò sibi faciliùs accurret, quanto ipse querendo fidelior erit. Sunt autem ex eis quadam omni ferè Christiano perspicua. Quis enim est, qui cum jucundâ admiratione non speculetur ipsius maturæ adolescentis fortitudinem, et prudentiam et fidem in colloquio angelico, ubi tam constantèr eloquitur, tam

prudenter interrogat, tam faciliè crediti? Quis enim non videat, ac videndo non miretur justitiam ejus, quæ sic universa præcepta divina legis satagebat implere, ut nec ad se pertinentia incepta relinqueret? Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Verbi gratiâ: post partum enim purificatione legali, quam agebat, non egebat, quia virum in concipiendo non noverat. De temperantiâ quoquæ ipsius superius dictum est, quæ Deo virginitalis liliun in humilitatis valle produxit. Cum ergo virtutibus supradictis facta ejus acta sint atque dicta, manifestum est non solum attestatatione angelicâ, sed etiam rerum argumento nullum virtutis Beatissimæ Virginis defuisse. Depromebant itaque virtutes in cogitatione, et affectu cordis ejus ineffabilem armoniam, quam ipsa creatrix, et inhabitatrix Dei Sapientia delectabatur audire, coruscabant foris superficie sermonis et actus, undè merito possent homines glorificare Deum, et exemplâ salutis accipere. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 34.

In illo tempore: Exclamavit MARIA, et dixit: Magnificat anima me Dominum. Et reliqua.

Homilia Sancti Hildephonsi Arch.

Toletani.

Serm. 2. in Assumpt. B. V.

Hanc, quæso, fratres mei, audite Matrem Prophetissam Dei. Prophetissam dico, imò, ut ita dicam Evangelicistam. Audite, quæso, Virginis, audiat omnis feminarum ordo humilitatem tantæ Virginis, et nolite credere, si non jâr completa sunt omnia quæcumque prædixit per eum, qui ipsam repleverat, Spi-

ritum viritatis. Ecce enim, inquit, ex hoc beatam me dicent omnes generationes. (Lect. 8.) Quapropter, quæso, respicite terras quas cumque sol suo illustrat lumine, et videte, quoniam iam nulla penè est natio, nullaque gens, quæ Christum non credat, et ubicumque Christus creditur et adoratur, venerabilis Dei Genitrix MARIA beata et felix, necnon et Virgo perpetua predicatur. Et ideo fratres, parum est ab uno, vel à paucis dicere, quod ab omnibus ubique predicatur et creditur. Tu. ꝑ.

Bened. Cujus Sanctitatem.

LECTIO 8.

Hoc itaque est, dilectissimi, quod dico, quia creditur. Et ecce per orbem terrarum ubique in omni gente, et in omni lingua Beata Virgo MARIA pronuntiatur: et quot sunt homines, tot testes habet. Verum siquidem dixerim, quia creditur esse apud Deum, et nunc fiducia ubique predicatur, quia verè et fideliter beata creditur. Tamen quod predictum est, in omnibus adimpletur, quia in terris beata et gloriosa dicitur: in caelis verò ab omnibus sanctis conspicua collaudatur et præclara. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Triviensis de Lacrymis.

Ex *Chrisogono*, Disc. 5. n. 68. In Episcopatu Spoletano prope oppidum Trivii Sacellum erat quoddam in compito, in quo Divæ Virginis Imago depicta visebatur, quæ à plurimis anno millesimo quadringentesimo quarto lacrymas fundere visa fuit, quæ malorum Italie impendentium sat clarum erat pronosticon. Ejus rei fama plurimos ab usque Romæ excivit, et collecta mox elemosina largissima: templum inibi miræ magnitudinis ac

speciei ad divæ Virginis gloriam extructum est, quod in hodiernum usque diem templum Sanctæ MARIE de Lacrymis nuncupatur. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Pio Papâ Nono.

Bull. *Ineffabilis*, die 8. Dec. 1854.

509. Deiparam «Sancti Patres appellarunt» propè puritatis et innocentie fontem, pulchritudine pulchriorem, venustate venustiorum, sanctiorem Sanctitate, solamque sanctam, purissimamque animâ et corpore. Tu.

Cum 2. *Vesper.*

DIE XXIII. MAJI.

D. V. CLARAMONTANE DE PORTU.

Simplex.

LECTIO 1.

Ponget, in Deip.

Claramonte in Auverniâ templum est Beatæ Virginis sub titulo de Portu, quod Sanctus Avitus urbis Episcopus anno quingentesimo sexagesimo struxit, ingenitibus opibus ditavit ac Deiparæ solempni cultu dedicavit. Post tria vero sæcula, à Normannis militibus ferro et igne vastatum Sanctus Sigo ejusdem urbis Pontifex in pristinum decorem magno studio restituit. Tu.

ꝑ. Hoc templum Sanctus primò fundavit Avitus, * Inclitus Antistes nobilis et genere. ꝑ. Quod dicavit ovans Christo, Sanctæque MARIE, censibus et propriâ nobilitavit ope. —Inclitus.

LECTIO 2.

Miraculosa Beatæ Virginis Imago, quæ in eo colitur, asservatur in sacello subterraneo, infra chorum superioris Ecclesie structo, atque variis picturis mirè ornato. Hujus Iconis origo nescitur: lignea ipsa

est, colore nigra, sedensque JESUM brachiis susinet. Revolutionis gallicanæ tempore flammis damnata, speciali Dei providentiâ eripit, abscondi conservarique potuit, ac deum in antiquum Sacellum restituit. Tu.

ꝑ. Hoc Normannorum flammis gens usit acerbâ bachans, et strages heu! miserâ faciens, * Sed Sigo hanc præsul prisco decoravit honore. ꝑ. Ut tibi Celsionans afforet aula micans. —Sed Sigo. —Gloria. —Sed.

LECTIO 3.

Commemoratio B. V. Buxerianæ. *Gumpenb.* 334.

Beatæ Virginis Buxerianæ, seu de Bussieres templum intra secundum ab urbe Nanceianâ milliari viâ Mussipontanâ in colle est, quod à Sancto Gancellino Tullensi Episcopo fudatum legitur. In tabulis antiquis habetur quoquè, ab ipso Christo Domino, augustâ suâ Genitrice, et magnâ sanctorum catervâ sîspato, consecratum fuisse. Olim ei monialium Benedictinarum Cœnobium erat adjunctum, quod postea virginibus nobilibus, seu canonicis sæcularibus fuit inhabitatum. Deipara Sanctissima eo in loco ad se venientibus plurima concedit beneficia. Tu. Te Matrem. *Vesperæ sequentis.*

DIE XXIV. MAJI.

S. M. TITULO AUXILIUM CHRISTIANOR.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

HYMNUS 262. *Ex offic. prop.* Sæpè dum Christi populus cruentis Hostis intensi promeretur armis, Venit adiutrix pia Virgo cælo Lapsa sereno.

Prisca sic Patrum monumenta narrant,

Templa tstantur spoliis opimis Clara, votivo repetita cultu

Fesia quotannis.

En novi grates liceat MARIE Canticis lætis modulis referre, Pro novis donis resonante plausu Urbis et orbis.

Te per æternos veneremur annos, Trinitas summo veneranda plausu: Te fide mentes, resonoque lingue Carmine laudent. Amen.

Ad *Magnific. ant.* Ecce MARIA erat spes nostra, ad quam confugimus in auxilium, ut liberaret nos, et venit in adiutorium nobis, alleluia.

Oratio.

Omnipotens Sempiternæ Deus, qui ad defensionem populi Christiani in Beatissimâ Virgine MARIA perpetuum Auxilium mirabiliter constituisti; concede propitius, ut tali prasidio muniti certantes in vitâ, victoriam de hoste maligno consequi valeamus in morte. Per Dominum.

AD MATUTIN.

HYMNUS 263. *Ex offic. prop.*

O felix dies, memoranda fastis, Quâ Petri sedes fidei Magistrum Triste post lustrum reducem beatâ Sorte recepit!

Virgines castæ puerique puri, Gestiens clerus, populusque grato Corde Regina celebrare cæli Munera certent.

Virginum Virgo, benedicta JESU Mater, hæc auge bona: fac precamur,

Ut gregem Pastor Pius ad salutas Pascua ducat.

Te per æternos veneremur annos, Trinitas summo veneranda plausu, Te fide mentes, resonoque lingue Carmine laudent. Amen.

Lect. 1. *Noct. de Commun.*

LECTIO 4.

P *Ex officio prop. hujus festivitatis.* Præsentissimum Deiparæ auxilium ad Religionis hostes proflicandos, sæpè populus Christianus mirum in modum expertus est: ex quo factum est, ut Sanctissimus Pontifex Pius quintus post insignem victoriam, intercedente Beatissimâ Virgine à Christianis de Turcarum tyranno apud Echinadas Insulas reportatam, in Litanis Laurentianis eandem Reginam celorum, inter alia præconiâ, Auxilium Christianorum appellari constituerit. Tu. ꝯ.

LECTIO 5.

Sed illud in primis memorabile, est, atque explorati miraculi loco habendum, quod cum Romanus Pontifex Pius septimus, impiorum consiliis et armis ex apostolice Petri sede exturbatus, et arctâ custodiâ præsertim Savonæ per annos quinque, eoque ampliùs fuisset detentus, viis omnibus penitus interclusis, ne Dei Ecclesiam regere posset, nullo similis persecutionis in prisceis annalibus exemplo, inopinatè et præ omnium expectationem contigit, ut ingenti plausu, ac veluti universi Orbis manibus Pontificio solio restitueretur. Quod et secundò accidit, dum iterùm commoto turbine, ab urbe discedens, sacro comitante Cardinalium collegio, Liguriam confendit. Verùm præsentissimum Dei beneficio, cessante procellâ, quæ grave minabatur excidium, Romam, plantentibus præ novo gaudio populis, reversus est. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Ante tamen, quod in votis habuerat et captivitate detentus exequi nequiverat, aureâ coronâ insignem Savonæ Imaginem Deiparæ Virgi-

nis, sub titulo Matris Misericordiæ, solemnè ritu, propriisque manibus decoravit. Quam mirabilem rerum vicissitudinem idem Pontifex maximus Pius Septimus, totius eventus insimè conscius, cum intercessioni Sanctissimæ Dei Genitricis, ejus potentem opem, et ipse impensè imploraverat, et ab omnibus Christi fidelibus implorari curaverat, acceptam meritò referret, in ejusdem Virginis Matris honorem sub appellatione Auxilii Christianorum solemnè festum indixit perpetuò celebrandum, die mensis Maji vigesimo quarto, fœustissimi sui in urbem reditùs anniversario, approbato etiã Officio proprio, ut tanti beneficii distincta et perennis extet memoria, et gratiarum actio. Tu. ꝯ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas extollens vocem quædam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliq.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

In Nativitate B. V.

Intuere, ô homo, consilium Dei, agnosce consilium sapientiæ, consilium pietatis. Cælesti rore aream rigaturus, totum vellus priùs infudit. Redempturus humanum genus, pretium universum contulit in MARIAM. Aliùs ergò intuemini quantum devotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in MARIA: ut proinde, si quid spei nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis ab eâ poterimus redundare, quæ ascendit delictis affluens. Tu. ꝯ.

LECTIO 8.

Totus ergò medullis cordium, totis

præcordiorum affectibus, et votis omnibus MARIAM hanc veneremur, quia sic est voluntas ejus qui totum nos habere voluit per MARIAM Hæc, inquam, voluntas ejus est, sed pro nobis. *Lect. 9.* In omnibus siquidem et per omnia providens miseris, trepidationem nostram solatur, fidem excitat, spem roborat, diffidentiam abigit, erigit pusillanimitatem. Tu.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Gidlensis.

Gumpenberg. 341.

Gidli pago ad ripam fluvii Varta in Polonia, anno millesimo quingentesimo decimo quinto, quidam Joannes Cirhek invenit inter arandum Statuam Deiparæ jacentem inter glebas, luce tamen insolitâ circumfusam, digito non altiore, è lapide elaboratam, quâ adoratâ ausus est è terrâ levare. Domum reversus, numeris loco conjugi eam fert: quæ telâ mundâ eam involvit, et in arcam reponit, oblivioni traditam. Cæcitas amborum fuit neglectæ Statuæ pena. Sed Deiparam ex arcâ splendidâ luce coruscantem egrum famula conspiciens, conjugibus miraculum nuntiat. Res vero Parrocho nuntiata est, qui statuam templo intuli jussit, et vix egressa domo, cæci visum receperunt. Statua è templo in agrum rediit, ubi priùs columnam pientiores exerece, deinde Sacellum, et tandem justæ magnitudinis templum. Adsumt miracula ritè ab Episcopo probata: inter hæc quadraginta mortuorum excitaciones ad vitam variis causis extinctorum. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

T HYMNUS 264. *Ex Offic. prop.* Te Redemptoris, Domini quæ nostri Dicimus Matrem, speciosa Virgo,

Christianorum deus, et levamen Rebus in arctis.

Sæviant portæ licet infernorum, Hostis antiquus freat et minaces, Vi Deo sacrum populetur agmen, Suscitet iras.

Nil truces possunt furia nocere Mentibus castis, prece quâ vocata Annuens Virgo fovet et supremo Robore firmat.

Teper æternos veneremur annos, Trinitas summo veneranda plausu, Te fide mentes, resonoque lingua Carmine laudent. Amen.

Ad Benedict. ant. Ad te, ô Sancta Dei Genitrix, clamavimus, et per te venit Domini auxilium nobis, alleluia, alleluia.

CANON.

Ex Decreto Sacrorum Rituum Congregationis.

16. Sept. 1815. Urbis et Stat. Eccl. *Man. eccl. 437.*

310. Ad grati animi reddendum perenne testimonium Gloriosissimæ Virginis MARLE, quæ insperato sibi et populo fideli in auxilium venit, Pius papa Sextus peculiari Festum instituit in ejusdem Beatæ Virginis honorem peragendum tum in Urbe, tum in toto Ecclesiastico Statu sub titulo Auxilium Christianorum die vigesimâ quartâ Maji, signatâ quidem Pontificis regressu ad Petri sedem. Tu.

IN II. VESPER.

T HYMNUS 265. *Ex offic. prop.* Tanta si nobis faveat Patrona, Bellici cessat sceleris tumultus Mille sternuntur, fugiuntve turmæ, Mille cohortes.

Tollat ut sancta caput in Stone Turris, arx firmo fabricata muro, Civitas David, elypeis et acri Milite tuta.

Virgo sic fortis Domini potenti Dexterâ, cæli cumulata donis,

A piis longè famulis repellit
 Dæmonis ietus.
 Te per æternos veneremur annos,
 Trinitas summo veneranda plausu;
 Te fide mentis, resonoque linguæ
 Carmine laudent. Amen.

DIE XXV. MAJI.

D. V. MESSANEN. A SCALIS.

Semiduplex.

IN I. NOCT.

De libro primo Regum.

LECTIO 1. c. 6. 1.

Fuit ergò area Domini in regione
 Philistinorum septem mensibus.
 Et vocaverunt Philistiim Sacerdo-
 tes et divinos, dicentes: quid facie-
 mus de arcâ Domini? Qui dixerunt:
 Si remittitis arcam Dei Israel, no-
 lite dimittere eam vacuum, sed
 quod debetis, reddite ei pro pec-
 cato, et tunc curabimini: et scietis,
 quare non recedat manus ejus à
 vobis. Tu. ꝑ.

LECTIO 2.

Nunc ergò arripite et facite plau-
 strum novum unum: et duas vacas
 fetas, quibus non est impositum
 jugum, jungite in plastro, et re-
 cludite vitulos earum domi. Tolle-
 tisque arcam Domini, et ponetis in
 plastro, et vasa aurea, quæ exsol-
 vistis ei pro delicto, ponetis in ca-
 psellam ad latus ejus: et dimittite
 eam ut vadat. Et aspicietis. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

Fecerunt ergò illi hoc modo: et tol-
 lentes duas vacas, quæ lætabant
 vitulos, junxerunt ad plastrum,
 vitulosque earum concluserunt do-
 mi. Et posuerunt arcam Dei super
 plastrum, et capsellam, quæ ha-
 bebat mures arros, et similitudi-
 nes anorum. Ibant autem in dire-
 ctum vacæ per viam, quæ ducit
 Bethsames, et itinere uno gradie-
 bantur pergentes et mugientes: et

non declinabant neque ad dexte-
 ram, neque ad sinistram: sed et
 satrapæ Philistiim sequebantur
 usque ad terminos Bethsames. Et
 plastrum venit in agrum Josue
 Bethsamita, et stetit ibi. Tu. ꝑ.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Octav. Cajet. de Effig. sculis.

Anno millesimo ducentesimo vige-
 simo, Rege Siciliæ Friderico, secu-
 ndis ventis navigium appulit Messa-
 nam ex Palestinæ regionibus, in
 quo sacra Virginis Imago in tabulâ
 depicta servabatur. Verùm simul
 ac mercatores res suas Messanæ
 transegere, sublatis ancoris vela
 omnia ventis explicant, sed perinde
 ac mille funibus revinceretur navis,
 immobilis in modum scopuli hære-
 bat. Undè, aliis adhibilis frustrâ
 mediis, ut eam moverent, arbitra-
 ti sunt Virginis Effigiem, quam fe-
 rebant Messanam sibi sedem deli-
 gere: quare ne Virgini obsterent,
 rem aperiant Præsuli, et ille Regi,
 et jam per urbem sparsò miraculo,
 ad litus solemnî pompâ procedi-
 tur, et sanctam Effigiem summâ
 cum reverentiâ capiunt. Navis verò
 sacro pondere levata, illicò pro-
 gredi visa est. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Beata autem Imago, quo primùm
 in loco prope litus sita fuit, ibi
 adeò fixa stetit, ut nulla vi, nullo-
 que pacto moveri potuerit. Cum-
 que super eâ re consilium habere-
 tur ab Antiste, Rege et Proceribus,
 decretum de communi sententiâ
 fuit, ut quemadmodum olim Phil-
 listhæi de arcâ Domini fecerunt,
 itâ prodigiosa tabula in plastro
 poneretur, relictiisque sine duce bo-
 vibus, quocumquè ânerent, seque-
 rantur. Fecerunt ergò illi hoc mo-
 do, et levis jam effecta tabula per

torrentis aiveum qui est ad imos
 colles, super plastrum evecta est:
 ibi erat templum Sanctæ MARIE à
 Valle, cui cœnobium Virginum ad-
 junctum, quò cum pervenissent
 boves, fixis pedibus, latosque emil-
 tentes mugitus significare videban-
 tur eum esse locum, quem præpo-
 situs Filius dilectæ Matri præpara-
 verat. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Igitur in illâ æde sita fuit sacra
 Imago, quæ ædes deinceps sanctis-
 simæ Deiparæ à Scalis dicta
 fuit, eò quod in eâ Icone scalæ pi-
 etæ erant ad latus, perinde quasi
 significaret veram colorum scalam
 Beatam Virginem esse. Cypri Re-
 gia ad hoc cœnobium de scalis
 nulla quæ voverat munera amplis-
 sima misit. Francorum Regina ob
 accepta beneficia à Deiparâ arcu-
 lam sanctorum reliquiis plenam
 dono dedit. Nec inter Christianas
 tantùm Reginas hæc Sanctissima
 Icon culta est, sed ab ipsâ etiâm
 Turcarum Imperatrice donata fuit
 pretiosissima culcitra ex auro in
 accepti beneficii memoriam: tan-
 tum etiâm apud barbaras gentes et
 infideles Virginis dextera valuit.
 Tu. ꝑ.

Homilia de Comm. pro Semidupl.
 Vesperæ à Capit. sequentis.

DIE XXVI. MAJI.

D. V. GENUENSIS DE VINEIS.

Semiduplex.

Lectio. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Gumpenb. Imag. 252.

Sacra et miraculosa Deiparæ Im-
 ago, quæ sub de Vineis titulo Ge-
 nuæ colitur, quia in vineis reper-
 ta fuit à quodam Genuensi Canonico,
 anno millesimo sexcentesimo tertio.

Imagini subscriptus est annus mi-
 llesimus centesimus sexagesimus
 tertius, unde perantiqua apporet,
 eisi origo et artifex nesciatur.
 Prius sancta Statua in honestâ par-
 te domus posita, deindè locata fuit
 in angulo templi, qui sacelli for-
 mam ope murariorum accepit.
 Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

In novo Sacello posita, capiti mi-
 raculis clarere. Etiam quampri-
 mum fuere, qui primos honores
 Virgini ideò primi ambieant cum-
 mulare, ne posteri essent inter eos,
 quos à Virgine reportatiuros benefi-
 cia sciebant. Et ipsa Virgo non
 distulit tot sacellis contractam ope-
 riri manum, et tam ex corde pe-
 tentibus plus penè quàm pete-
 rant largiri. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Hinc postea ingenuè Genuæ certa-
 tum est, quis fabricam ampliori-
 bus subsidiis fulciret. Templum
 quidem ædificatum non fuit: sed
 ille ipse templi postremus angulus
 in tam sumptuosi Sacelli formam
 excrevit, ut ipsi templo, cuius pars
 erat, æmulum, peregrinos redde-
 ret dubios, templum ne, an Sacel-
 lum divitiis præstaret. Nequè hinc
 liberalitati Genuenses finem facient,
 quamdiu Beata Virgo per hanc
 suam Statuam miracula patrare
 non desinet. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 15. 1.

In illo tempore: Dixit JESUS Di-
 scipulis suis: Ego sum vitis vera.
 Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Tract. de Pass. Dom. c. 1.

Ipsò Domino nostro JESU-Christo

adjuvante, videamus quasdam proprietates vitis terrestres, à quibus etiã illius supercœlestis vitis proprietates nominare possumus : nec tantum ea, quæ exterius ad culturam eidem exhibentur, consideremus. Et primo quidem quod plantari solet vitis in terrâ, non seminari, translata de scâ vite : quod ad conceptionem JESU mihi pertinere videtur. Vitis enim primò nata de vite est Deus genitus de Deo, Filius de Patre, coæternus et consubstantialis ei de quo genitus est. Sed ut majorem faceret fructum, plantatus est in terrâ, id est, in Virgine MARIA conceptus, factus quod non erat, manens quod erat. Tu. ꝯ.

LECTIO 8.

Benedicta terra hæc omnium gentium profereus benedictionem. Verè benedicta, quæ, Deo dante benignitatem, tam benedictum protulit fructum. Hæc est terra, de qua scriptum est: terram non operabatur quisquam, sed irrigabatur à fonte ascendente de paradiso. Terra quippe hæc non accepit operationem humanam, ut conciperetur in eâ Filius Dei, sed aquâ Spiritûs Sancti irrigata fuit. Ita enim legis: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Tu. ꝯ.

LECTIO 9.

Rursùm de hæc terrâ scriptum est: aperietur terrâ, et germinabit Salvatorem: Aperta quidem fuit per fidem credens et obediens Angelis: germinavitque vitam salutarem, Salvatorem nostrum æternæ vite præmia largientem. Hæc itaque vite nostrâ in lucem editâ, quasdam proprietates culturæ vitis atinentes adhibetæ sunt. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequenti.

B. V. MATRI DIVINI PASTORIS.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui universum mundum inæffabili tuâ providentiâ regis atque gubernas; præsta nobis famulis tuis, ut intercedente Beatissimâ MARIA semper Virgine, quæ vigili custodiâ nos pascit, ab hostibus defensi, et fructus sui dulcedine pasti, ad cœlestem patriam securi perducamur. Per Dominum.

Lectio 1. Noct. de Ferid.

IN III. NOCT.

Sermo S. Augustini Episcopi.
Serm. 18. de Sanct.

LECTIO 4.

Beata MARIA, quis tibi dignè valeat jura gratiarum, ac laudum præconia pendere, quæ singulari tuo assensu mundo succurristi perditio? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persolvat, quæ solo tuo commercio reparandi aditum invenit? Accipe itaque quascumque exiles, quascumque meritis tuis impares gratiarum actiones: et cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Tu. ꝯ.

LECTIO 5.

Admitte nostras preces in sacrarium exauditionis tuæ, et reporta nobis antidotum reconciliationis. Sit per te excusabile, quod per te ingerimus: fiat impetrabile, quod fidâ mente poscimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus: excusa quod timeamus, quia tu Spes unica peccatorum. Per te speramus veniam delictorum, et in te beatissimò nostrorum est expectatio premiorum. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Ex officio proprio.

Accipe insuper obsequium famu-

lorum tuorum in universo orbe degentium, qui in nullis magnisque periculis à te adjuti in grati animi argumentum, et in memoriam beneficiorum defensionis et protectionis hanc tuam festivitatem sub titulo divini Pastoris Matris celebrant, quam Pius septimus Pontifex maximus Etruriæ concessit, et fideles omnes te custodem vigilantem, ac cœlestia pabula suppeditaliter cognoscant, invocent et revereantur. Tu. ꝯ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas extollens vocem quædam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus venter qui te portavit. Et reliqua. Homilia S. Bernardi Abbatis.

In meditatione super Salv. Reg.
Ad te clamamus, ad te verè, quia tu sola Deum genuisti, tu sola interimisti universam hæreticam pravitatem. Ad te certè, quæ levas nos à feibus peccatorum, quæ nos consolaris in cunnabulis vagientes, lactas parvulos esurientes, clamamus. Quare non clamaremus, Domina, qui vulnera suscipimus, plagas sentimus, qui inimicis undiquè circumdamur? Et clamamus angustiati, miseris infinitis oppressi. Clamamus cordis anxietate, stomachi vacuitate, doloris acerbitate, aut forè erga te amoris immensitate. Tu. ꝯ.

LECTIO 8.

Quarè enim obdormis, Domina? Surge, adjuva nos. Clamamus etiã ut nostram manifestemus necessitatem: quia clamare necessitas nos compellit. Quid nos amplius affligis? Si nullùm tardaveris, vocem amittam clamando, et ad te am-

plius vociferari nequibo. Heu mihi tunc quid faciam, cum nec exaudire me poteris, nec audire? Cito, cito, Domina, subvenias clamanti, ne in manibus deficiam inimici. Tu. ꝯ.

LECTIO 9.

Curre, festina, Domina, et tuum nequissimum et infidelissimum servum ad te clamantem parcendo adjuva, et eripe de manu et periculo tui hostis. Si aliud te allicere, Domina, non deberet nisi quia tuus hostis audet nos servos tuos invadere fraudulenter, deberes ad nos quam citius festinare. Curre, et libera nos, Domina, propter eorum superbiam reprimendam. Curre, ne dicant: ubi est eorum Domina, de crjus clementiâ confidebant? Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex S. Cyrillo Ep. Alexandrino.

Homil. Ephes. dict.—Concil.

Tom. 6. p. 220.

311. Apparuit nobis unigenitum Dei Verbum Pastor ille bonus, et Agnus verus, quem Sancta Dei Genitrix, et nuptiarum experta MARIA è virgineis visceribus nobis peperit. Tu.

Vesperæ à Capit. de sequenti.

DIE XXVIII. MAJI.

DEDIC. ECCLESIE ILLERDENSIS.

Duplex.

IN I. VESPER.

CAPITULUM. 2. Reg. 6. 2.

Surrexit David, et universus populus, qui erat cum eo, ut adducerent Arcam Dei, super quam invocatum est nomen Domini exercituum, sedentis in Cherubim super eam.

HYMNUS 266.

Salla.

Hæc hæc Domino sacra, fidelium Illerdæ, celebrans quam, pia concio, Solemni reboet pulsa sonoribus

Grates rite canentium.

Augustâ, recolis, quâ ceremonia Christi sub titulo Matris ad æthera Evectæ fuerit chrisimate roseida

Dio dedita cultui.

Hæc qua magnificè structa paraciâs

Princeps in varias munere regio Mystarchæ eximitis federe perpeti Nupsit compta decoribus.

Hûc qua in Davidicam sicuti regiam

Prisca ex hospiciis Obededomicis E laurentiaco vecta Sacratio

Sit pacti Arca novissimi.

Ergò quàm locus hic suspiciendus est!

Excelsi Domus hæc: Janua cœlica: Nunquàm supplicibus clausa rogatibus

Dicæ curia gratiæ.

Hic qua desiderat cumque salubria

Orans prociendus qui petit, impetrat; Qui pravus veniam; qui probus exitum;

Pacem quilibet anxius.

Te Patris, Genitii, Flaminis unica Collaudet, Deitas Trinaque perpetim,

Admiranda triplex, unaque machina

Tellus, Pontus, et Æthera.

Amen.

ÿ. Dilexi decorem domus tuæ.

ÿ. Et locum habitationis gloriæ tuæ.

Ad Magnif. ant. Cumque tulisset David Arcam de domo Abinadab, diverlit eam in domum Obededom; et habitavit Arca Domini in domo Obededom tribus mensibus, et benedixit Dominus Obededom et omnia ejus propter Arcam Dei.

Oratio de Laudibus.

Tempore paschali additur allel. juxta Rubric.

AD MATUTIN.

Invitor. Domum MARIE decet sanctitudo: Christum ejus Filium adoremus in eâ.

HYMNUS 267. Salla.

Hæc die sanctum venerata Ilerda Quod Deo templum memorat dictatum,

Hoc palestini nimitium stopendi Emiret instar.

Eminet reges pariles habendi Gloria auctores; pietas eorum Sive spectetur, dominata rerum Sive potestas.

Illius David meritis parare Prævious sumptus, licet æquus ipse, Laude condentis carui cruentus Belligerator.

Nam creans pacem Deus, erigendæ

Hospitiæ pacis domui, parenti Prætulit natum Salomonâ regem Pace beatum.

Vocæ sic Quinti vanuit Philippi Hujus edendi studium, vel aquâ Hostico cincti madidâ cruce

Tempora lauro.

Structio cujus stabili beandi Pace Soleris quasi sit Monarchæ Filio ipsius Carolo relicta

Pacis alumno.

Genitis hebrææ benè plebs supreme

Numini dixit sibi conditura: Doma cordatæ sobolis Datori Davide cretæ.

Ergo Ilerdensis pia plebs eidem Dic bene, augusto Carolum Philippo

Quod dedit, per quem laqueata nostri Culmina templi.

Summa adoretur Trias, una Virtus,

Qui Pater, Natus caro factus olim Nos ob humanos, agiumque Pœuna

Cuncta creavit. Amen

INI. NOCT.

Ant. 1. Viri Cariathiarim deduxerunt arcam Domini, et intulerunt eam in domum Abinadab.

2. Mittamus ad fratres nostros et ad Sacerdotes et Levitas et redueamus arcam Dei ad nos.

3 Et congregatus est omnis populus, ut adduceret arcam Dei de Cariathiarim.

ÿ. Ingredere in requiem tuam. ÿ. Tu et arca sanctificationis tuæ.

De libro Apocalypsis Beati Joannis Apostoli.

LECTIO 1. c. 21.

Ego Joannes vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de cœlo à Deo, paratam sicut sponsam ornata viro suo. Et audivi vocem magoam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis. Et ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Tu.

ÿ. Ascendit David et omnis vir Israel ad collen Cariathiarim, * Ut afferret indè arcam Domini Dei sedentis super Cherubim. ÿ. Et imposuerunt eam super plaustrum novum, tuleruntque eam de domo Abinadab. Ut afferret.

LECTIO 2.

Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum; et mors ultrâ non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrâ, quia prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt et vera.

Et dixit mihi: Factum est. Ego sum alpha et omega: initium et finis. Tu.

ÿ. Noloit divertere ad se arcam Domini in civitatem David; sed diverlit eam in domum Obededom

Gethæ: Mansitque ibi arca mensibus tribus. ÿ. Et benedixit Dominus Obededom, et omnem domum ejus.—Mansitque.

LECTIO 3.

Et venit unus de septem angelis... et locutus est mecum dicens: Veni, et ostendam tibi sponsam, uxorem Agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum et altum, et ostendit mihi civitatem Sanctam Jerusalem descendentem de cœlo à Deo, habentem claritatem Dei: et lumen ejus simili lapidi pretioso tanquam lapidi jaspidis, sicut crystallum. Tu.

ÿ. Adduxerunt arcam Domini de domo Obededom in civitatem David filii Levi cum gaudio, * Et constituerunt eam in medio tabernaculi, quod tetenderat ei David. ÿ. Cumque compasset David offerens holocausta et pacifica, benedixit populo in nomine Domini. Et Gloria. Et.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Hæc dicit Dominus: Numquid tu ædificabis mihi Domum ad habitandum?

2. Ipse ædificabit domum nomini meo, et stabiliam thronum regni ejus.

3. Quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo.

ÿ. Hæc est domus Dei.

ÿ. Hoc altare in holocaustum Israel.

LECTIO 4.

Fr. Miquel.

Ecclesia Ilergelana abs dubio non longè à primis temporibus nata, nihilominus non nisi sexti sæculi initio suam originem determinatè fingere valuit; in quo in comperto est, Episcopum Andream dictum illam rexisse et gubernasse. Hunc novem Successores sine interruptione

seculi sunt, super eam sederunt, et gregi suo celestis doctrinæ panem distribuerunt. Rusticitas fere mæ feralis Gothorum, necnon Ariana laes, quæ erant infecti, illam verè vexarunt, sed non extinxerunt; immò impavida et immobilis processit sub regimine sporum Pastorum inter turbines et vicissitudines illorum dierum usque ad Islamicam dispersionem. In hæc truculentâ et valde luctuosâ irruptione Ecclesia Illegelana disparuit: à suâ sede acerbitate persecutionis avulsa exulare coacta fuit, atque extorris et profuga per plurimos dies incedens tandem in Montem-Rotensem se recepit, ibique sedem posuit et munus Episcopale in Diocesi Illdensi revixit. Hæc felix instauratio, si inter tot et tam infelices evenirs, ita valde appellari, vidit sedentes super solum pontificale tredecim principes, qui servaverunt suum principatum, depositum fidei custodierunt, illudque integrum illasumque ad posterum traxerunt. Tu.

¶ Multum sanguinem effusit, et plurima bella bestasti: * Non poteris edificare domum Matri meæ, tanto effuso sanguine coram me. †. Qui venit post te, erit vir quietissimus, et ob hanc causam pacificus vocabitur: ipse edificabit domum.—Non.

LECTIO 5.

Anno millesimo centesimo quateragesimo noro à Berengario Comite Barcinonensi expugnata et capta fuit Illda, et à jugo maurica servituti redempta: qui inter primas curas Basilicam Cathedralē reposuit, quam occupandam et regendam venit illicò Guilieimus Perez, ultimus ecclesie Rotensis Episcopus. Hic, à quo incipit ultima Episcoporum series, quæ unâ cum

præsenti qui feliciter tenet ejus gubernacula, enumerat jam sexaginta novem; qui omnes cum suâ dignitate nobilitarunt, suâ doctrinâ illustrarunt, suis operibus edificaverunt, et suâ firmitate sustinuerunt: ingeni cum gaudio ipsius restitutionem recepit et celebravit. Hæc est Basilica Deiparæ Assumptæ dicata. quæ primo tertio sexti sæculi exorta, aliquoties cursu temporum renovata, et actualis anno millesimo septingentesimo octogesimo secundo consecrata, tredecim jam cœcurrit sæcula, et post adeo extensam durationem eadem in suo esse formalis subsistit, quin horridiores tempestates poterint evellere, immò nec immutare. Undè merito annualim celebratur solemniter festivitas ejus Dedicacionis, et memoria ejus consecrationis recollitur. Tu.

¶ Domus quam edificari volo Domino, talis esse debet ut in cunctis regionibus nominetur: * Præparabo ergo ei necessaria. †. Et ob hanc causam ante mortem suam omnes præparavit impensas. Præparabo.

LECTIO 6.

Felicia prorsus Encantia! grata enim et peradmodum salutaris Dedicacionis ejus templi fit recordatio, quæ in altari principe Ecclesie excelso throno visitur. Deipara nempe Virgo, illa irradians Stella matutina, adeo clara et formosa, ut solis fulgor sit sui aspectu vera deformitas, et claritas lunæ obscuritas. Eam mirantur et celebrant cœlites beati, et jubitant omnes filii Dei. Ea est illa mirabilis Creatura, grande divinitatis prodigium merito appellata, quæ ex masâ infectâ deducta, digna lamen suâ puritate fuit, ut Pater Æternus ipsam in filiam agnosceret; Verbum divinum

in Matrem eligeret, et in Sponsam sibi Spiritus Sanctus assumeret. Ea tandem est illa candida et innocens Columba ante omnia tempora designata, ut templum esset, et sacrarium totius sanctissimæ Trinitatis; quodque in sinu purissimo MARIE invenitur. Undè nihil MARIA dignius, nihil sanctius, nihil perfectius. Opus est quod solus Opifex supergreditur. Tu.

¶ Consurge, et edifica sanctuarium Domino Deo, * Ut introducatur area fœderis Domini, et vasa Domino consecrata in domum, quæ edificatur nomini Domini. †. Nunc ergo prospera et edifica domum Domino Deo tuo, sicut locutus est de te.—Ut.—Gloria.—Ut.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Suscitavit Dominus spiritum regis, ut edificaret ei domum.

2. Hæc dicit Rex: regna terræ dedit mihi dominus Deus cœli, et ipse præcepit mihi, ut edificarem ei domum.

3. Quis ex vobis est in omni populo ejus? Sit Dominus Deus cum eo, et ascendat.

¶ Implebo domum istam gloriâ.

¶ Et in loco isto dabo pacem.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam Castellum, et mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Honilia D. Thomæ Archiep. Valentini.

¶ In Assumpt. Conc. k. p. 2. n. 1. Exposita sit hæc enigmatica allegoria historice: nunc juxta prothematicis sententiam ostendendum, quomodo MARIA optimam partem non solum elegerit, sed præelegerit. Quod sa-

tis erit in aperto, si totum vitæ ejus discursum præ oculis habeamus. Quid enim aliud fuit vita MARIE, nisi jugis et continua contemplatio, fervor devotionis perpetuus, et spiritus incendium non interruptum? Non lego de te, ô Virgo beata, miracula et prodigia multa; non longas in expeditione evangelicâ peregrinationes; non elemosinas copiosas, quia undè eas faceres, non habebas; non agrorum curas et captivorum redemptiones; non amplissimas templorum extracturas, et cœnobiorum ditissimas dotationes. Omnis gloria filie regis ab intus, in fimbriis aureis. Tu.

¶ Rex decrevit, * Ut domus Dei edificaretur, et ut ponant fundamenta supportantia altitudinem et latitudinem ejus. †. Sumptus autem de domo regis dabuntur.— Ut domus.

LECTIO 8.

Non quod illi deessent eximia Martiæ officia, tantò utique nostris clara et excellentiora, quantò præstat, Deo in suâ persona, quàm in famulis deservire: sed hæc Martha occupatio ad partes MARIE prosequendas nullum erat sacræ Virgini impedimentum, sicut de ipsâ scriptum est: Ego dormio, et cor meum vigilat. (Lect. 9.) Ac si dicat: exterius quidem dormio officio occupata, sed interius vigilo semper orationi intentâ; ex quo enim in clarissimum divinitatis jubar hæc aquila perspicax et sublimis oculos suos defixit, nunquàm eos amplius ad terrena deflexit. Tu.

¶ A me præceptum est quid oporteat fieri, * Scilicet, ut de arcâ Regis, id est, de tributis studiosè sumptus dentur illis, ne impediatur opus. †. Et offerant oblationes Deo cœli, orienteque pro vitâ Regis

738
et filiorum ejus. Scilicet. Gloria.
Scilicet.

Die XXVIII. Maji.

LECTIO 9.
Commemoratio B. V. de Butsenit.

Coma l. 3. c. 3.

In regione dicta Rufca, ubi olim oppidulum ejusdem nominis erat, quatuor ab Herda militibus, templum Sanctissimæ Virginis de Butsenit etiam à dissitis populis maxime frequentatur. Imagini, qua ibidem, hove indice, vix inventa, dignos honores accepit, sacellum ædificatum fuit, quod anno millesimo sexcentesimo quadragésimo secundo sævientiibus bellis omnino dirutum una cum sacrâ Icone disparuit. Quæ verò (si non eadem) in novo ei excitato satis magnifico templo asservatur, etsi parvula, pulcherima est, JESUM brachio sustinet, et suis insidet throno, è quo ad se confugientibus innumera beneficia liberalitèr impertitur. Cacientibus præcipue et oculorum quolibet malo affecti eam invisentes, orationem, aliter inutilitèr quæsitum, plurius invenerunt. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES

Et per Horas Antiphona.

1. Edificaverunt, construxerunt, jubente Deo, et jubente Rege, et compleverunt domum Dei istam.
2. Fecerunt autem Sacerdotes Dei et Levitæ Dedicationem domus Dei in gaudio.
3. Et perfecta est domus in omni opere suo, et in universis utensilibus suis.
4. Complevitque Rex domum Domini, et omnia quæ disposuerat in corde suo ut faceret in domo Domini, et prosperaverit.
5. Audivit Dominus orationem Regis, et elegit locum istum sibi in domum sacrificii.

CAPITULUM. 2. Reg. 6. 2.
Surrexit David, et universus populus qui erat cum eo, ut adducerent arcam Dei, super quam invocatum est nomen Domini exercituum, sedentis in Cherubim super eam.

HYMNUS 268. Salla.

Principis jussu, supremo
Annente Antistite,
Urbis orthodoxæ Herdæ
Corda moestis pristinam
Sede mysticâ coruscam
Clorus ædem deserit.

Quem sacram secum Synaxim
Plebs ferentem prosequens
More flet, quo derelictas
Persicos ad fluvios
Abrahamo salis exulantes
Porticus sionias.

Una spes lucis acerbæ
Orbitatis temperat
Regiâ fide Philippî
Nixa templi postmodum
Pro relicto edendi aliis
Haud eidem disparis.

Israëlis sic dolorem
Templo ab almo diruto
Rursus hujus construendi
Rege Ciro à persico
E prophetatis recepta
Lenit fiducia.

Jam, Creator alme rerum,
Qui fidem propheticam
Græcicam per missionem
Præstitisti, quempiam,
Qui fidem præstet Philippî,
Quandò Cirum præbeas?

Qui secundus sceptrâ gestat,
Tertius sed nomine,
Ecce plusquam Cirus ille,
Inclutus Philippides
Hoc novæ Herdensis ædis
Conditor placentior.

Nam priori liquit impar
Flenda spectatoribus
Illius recens, at hujus
Oppido præstantior,

Die XXIX. Maji.

739

Quam vetus structura, læta
Exhibet discrimina.
Laus perennis sit Parenti
Laus sit æqua Filio,
Flamini sit compar almo,
Uoa quæ divinitas
Totius gubernat orbis,
Quæ creavit, omnia. Amen.
f. Fundata est Domus Domini
super verticem montium.
g. Et exaltata est super omnes
colles.

Ad Benedict. ant. Sint oculi tui
aperiti super Domum hanc nocte et
die, ut exaudias quodcumque ora-
verint in loco isto, et cum exau-
dieris, propitijs eris.

Oratio.

Deus, qui nobis per singulos an-
nos hujus Mariani templi consecra-
tionis reparas diem, exaudi preces
populi tui, et presta, ut omnes, qui
huc deprecaturi conveniunt, ex
quodcumque tribulatione ad te cla-
maverint, consolationis tuæ bene-
ficia, ipsâ Beatissimâ Virgine in-
tercedente, feliciter consequantur.
Per Dominum.

AD PRIMAM.

Ant. Edificaverunt. Capit. Surrexit.
de Laudib.

CANON.

Ex Calixto Papâ Tertio.

Const. Quamvis ad univers. ann.
1458. asservat. in Ecc. Herd.

512. Quamvis ad universas or-
bis Ecclesias juxta pastoralis Offi-
cii debitum Apostolicæ dirigamus
considerationis intuitum; tamen
specialius ad Ecclesiam Herdensensem,
in quâ dudum in adolescentiâ con-
stitutum Canonicatum et Præbendam
recolimus habuisse; ut illius status
jugiter floreat, nostros persæpè dif-
fundimus cogitatus. Tu.

AD TERTIAM.

Capitulum. 1. Esdr. 7. 27.
Benedictus Dominus Deus patrum

nostrorum, qui dedit hoc in corde
regis, ut glorificaret Domum Do-
mini.

g. br. de Communi.

AD SEXTAM.

Capitulum. Aggæi 2. 10.
Illa erit gloria domus istius no-
vissimæ plusquam primæ, dicit Do-
minus exercituum: et in loco isto
dabo pacem.

AD NONAM.

Capitulum. 1. Mach. 4. 56.
Fecerunt Dedicationem Altaris die-
bus octo et obtulerunt holocausta
cum lætitiâ, et Sacrificium saluta-
ris et laudis.

In II. Vesper. ant. de Communi,
à capit. sequentis.

DIE XXIX. MAJI.

SS. LACTIS ET ALIARUM
RELIQUIARUM B. V.

Duplez.

Lect. 1. Noct. de feriâ.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Baligh. Kal. mar. die 28. Maji.
Caudent Veneti duobus præclaris
virginib. MARIE lactis pignoribus,
quorum quidem alterum eò Con-
stantinopoli transmissum cum aliis
pluribus reliquijs, Ducis Henrici
temporibus, et in Parrochiali San-
cti Prophete Simeonis æde am-
pullâ reconditum asservatur: alter-
rum videre est in duca! Sancti
Marci Templo simili inclusum am-
pullâ. Tu. g.

LECTIO 5.

Hæc verò thesaurus cum insigni re-
liquiarum copiâ tum Salvatoris no-
stri, tum ejusdem Virginis MARIE,
et aliorum Sanctorum relectus fuit
anno millesimo sexcentesimo deci-
mo septimo in quodam concavo sa-
cerarii templi istius pariete. Omnia

antem sacra illa monumenta per vicos civitatis solemniter ritu, eodem anno, Dominica in vigesimam octavam diem Maji recurrente, in supplicationem educta sunt, quæ quidem antehac nulla, aut ad plausum festivior, aut ad splendorem illustrior, aut augustior ad pompam Venetiis fuit conspecta. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Pegmate igitur in formam pyramidis erecto, quod altatici panni alicui splendissimè collucebat, quatuor circumquaque gradibus industriae assurgentibus, compositis super aurcis et argenteis loculamentis, in quibus hæc beatissimæ Virginis reliquæ collocatæ fuerunt. Primas obtinebat hac Virgineum; deinde rogæ ejus, palli vel cinguli, palmæ, sepulchri particule constitutæ, inter quas sibi etiam sedem vindicabant fragmenta loci, tum illius, in quo mysterium Annuntiationis completum fuit, tum illius, quem utero virgineo egressus Redemptor mundi primo suo beavit aspectu. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus venier, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia S. Cypriani Episcopi et Martyris.

De Nativitate Christi.

Angelica sanè non est credenda ibi ministeria defuisse, nec recesserat à venerabili pectore Matris Spiritus Sanctus, ad verbum Gabrielis elapsus. Possidebat domum suam, et templum, quod sibi consecraverat, adorabat: servabat sacrarium suum, et sanctimoniam thalamum honorabat. (Lect. 8.) Lætificabant

consolationes hujusmodi animam benedictam, et tanti habitatoris reverentiâ concupiscentiarum Indubria abigebant: legem mentis lex carnis non infestabat, rebellio nulla quietem spiritus affligebat. Tu.

Bened. Cujus Reliquias.

LECTIO 8.

Parvulus sugens ubera purâ alimonia utebatur, et fons sacri pectoris defecatum edulium ori mundissimo infundebat. (Lect. 9.) Sed et cor Matris quædam dulcedines, quæ humanum superant intellectum, imbuebant: eratque ultrinque mira jucunditas, cum pia sanctæ Matris et devota humilitas, et Sancti Sanctorum immensa benignitas confederatis affectibus mergerentur. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Comm. Nostræ Domine Ardentium.

Balingh. Kal. mar. p. 298.

Atrebatî Festum nostræ Domine Ardentium, quod inchoatur ipso profestio venerabilis Sacramenti, et Dominica infra ejusdem octavam solemne admodum est, sacro cereo subter angustum conopeum ad summam Eadem Virginis, committantibus primoribus urbis, delato, ac fusâ ibi prece, snum in locum pari pompâ relato. Fuit autem hic sacer cereus anno millesimo ducentesimo nonagesimo quinto à Virgine Matre duobus Historicis Ibero, et Normanno traditus ad curandos eos, qui igne sacro incensi erant, epolâ aquâ, in quam ex illo guttæ aliquot stillaverant. Atque ipso statim dati pignoris initio centum quadraginta quatuor ab isto igne sacro statim sanati sunt. Gandel tamèn isto privilegio cereus iste sacer, ut quantumlibet accendatur, nunquam minuitur. Tu. Te Matrem.

Cum secundis Vesper.

D. V. MESSAN. AB ALTO.

Simplex.

LECTIO 1.

Octav. Cujet. de Effig. siculis.

Messanæ in Sicilia in colle caperina dicto ædificata erat, in qua duo religiosi viri vitam austeram degabant. Horum alteri, qui Nicolaus appellabatur, Diva Virgo per quietem visa præcepit, ut primâ luce Messanensem Magistratum adiret, suoque nomine diceret, ut eo in loco templum sibi ædificaret sub titulo Sanctæ MARIE ab Alto. Sed expectrectus Nicolaus, nullâ illis fide habitâ, ad Magistratum ire neglexit, quare sequenti nocte sub iratu vultu ei apparuit, increpuitque, et dedit ei signum hoc, ut à Magistratibus crederetur: Sub meridiem nitidissimam columbam è celo devolaturam, quæ tantum spati volatu suo circumscribet, quantum templi amplitudinem volo. Tu. ꝑ.

LECTIO 2.

Nicolaus igitur, ut illuxit, ad juratos Patres occurrit, et visionem illis enarrat, quæ propter Magistratus ad montem condiciat horâ descendunt cum ingenti populo: et ecce meridiano tempore, delapsa columba aræ Virginis templum describit, et iterum transvolat in sublime. Mox apertis fundamentis, Regina Constantia cum regio committat, cunctis propriis manibus ad Regicæ exemplum lapides comportantibus, Capperinæ Montem ascendit primumque ipsamet, quem tulerat, in fundamenta lapidem jecit: subindè reliqua hominum ac mulierum multitudo sua quisque saxa coniecit, tantusque fuit omnium ardor, ut brevi tempore confectum est. Extat hæc historia in eodem templo in tabellâ descripta

à Malthæo Rubino Messanensi Notario regio. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

Commemoratio B. V. Nicopæia: Gumpenb. Imag. 29.

Nicopæiam, id est, victoriosam Virginis Deiparæ Imaginem, Divi Lucæ opus, jam dudum in Palatii Constantinopolitani sacrario servarunt Imperatores Orientis, ne multo à corde suo abesset thesaurus. Nunquam illi sine hæc in hostes ibant, certi semper indubitata victoria. Ea propter adjutricem in victoria, belli sociam appellarunt. Fuit Oriente Diva Nicopæia pluribus sæculis, dum denique ad Occidentem Dandalus Venetorum Princeps eam, deduxit. Venetiæ urbs obviam tantæ Patronæ effusa, mare implevit navigiis, et post mille triumphales latitias ducei Sacello illata est. Sed erecto demùm magnifico altari, ut publico bene esset, in Divi Marci templo est reposita, ubi ingentibus beneficiis maxime claret. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequenti.

FESTA JUNII.

DIE I.

SPECIOSITATIS B. M. V.

Duplex.

Oratio.

Majestatem tuam, Omnipotens Deus, supplices deprecamur, ut qui, exultantibus animis, beatissimæ semperque Virginis MARIE Speciositatem celebrare gaudemus, ejus gloriosis precibus et meritis ab instantibus malis, et à morte perpetuâ liberemur. Per Dominum.

Lect. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

Ex verbis V. Viri Idiote in Contemplatione Beatæ Virginis. c. 3.